

3081

LITURGICI.

3082

imponere sibi potuerit, aut negotium fit de alterius *Anastasi Capite*, quorum plures in SS. Catalogis recensentur.

DCCCLII.

842 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 282. 8. minute exaratus, rubricisque distinctus sacrum Chori Officium vulgo *Breviarium* continet. Praeit *Calendarium* versibus *δαιρητικοις* ornatum, in quo ad V. *Id. Mart.* minio *Claues pasche*, ad XVI. *Kal. Maj.* vero *Claues rogacionum* adscriptum est. Eodem colore notatur III. *Kal. Oßobr. Wencezslay martiris*, unde Codex *Bobemiae* accenseri potest. Distributus est ita, ut praecedat Officium Feriale, sequantur Festa Domini per anni decursum, et Festa Sanctorum eodem decursu concludant.

DCCCLIII.

422 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 404. 4. per duas columnas scriptus, passimque picturis auro et colore variis ornatus *Psalmodiam* sacram, sive *Horas*, quas vocamus, *Canonicas* complectitur, praemisso *Calendario*, in quo Officia Duplicia, *Triplicia*, et numerus *Lectio*num cuiusvis Officii notantur. Cum *Stanislai M.* Festum VIII. *Id. Maj.* inter *Triplicia* numeretur, alicubi in *Polonia* scriptum arbitror, idque vel anno 1407. vel 1418. vel 1429. hisce enim annis *Resurrectio Domini* sive *Pascha* in

Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

VI. *Kal. Apr.* seu 27. *Martii* incidit, cui diei in *Calendario* nostro adsignatur. Ipse porro Codex hoc ordine decurrit: Officium *Dominicale* et *Feriale*, in quo singulis *Psalms* breve argumentum praefixum est, *Litaniae* de *OO. SS. Vigiliae Mortuorum*, *Hymnarium*, *Antiphonarium* et *Lectio*narium pro totius *Anni* *Dominicis*, *Idem* de *Festis SS. propriis*, deque eorum, ut dici solet, *Communi*.

DCCCLIV.

Codex membraneus lat. Sec. 424 XV. Folior. 471. 4. per duas columnas exaratus, literisque *Initiorum* picturatis *Horarum* *Canonicarum* *Liber* est, sive *Breviarium*, quod praemisso *Calendario* incipit a *Psalmodia* diurna, adnexo *Hymnario* et officio pro *Mortuis*, dein sequenti gaudet titulo *miniato*: *Incipit Ordo sive liber Matutinalis de Ecclesiasticis obseruacionibus quid legendum sit et eciam cantandum per Circulum anni secundum Patauiensem Ecclesiam*. Atque ita ducto ab *Adventu* *Domini* *initio* *Officia* *Dominicarum*, *Feriarum*, *Festorum* *Domini* et *Sanctorum* *permixta* in orbem decurrunt, adjecto in fine *Officio* *communi* de *Sanctis*. *Fol.* 296. p. 2. subscriptum legas: *Deo gracias. Thomas baidenlaber.* Item *fol.* 459. p. 2. *O lieber got lieber got. M. Secretum meum michi. I M I.* Quod *Secretum* sibi bona pace nostra habeat.

O O

DCCCLV.